

Appendice

1

Genova, 1460, gennaio 28

ASG, *Notai Antichi*, filza 769/I, doc. 13.

L'atto è redatto su tre colonne sul *recto* di un foglio.

Creatio [t]abelionatus^a.

+ Yhesus. In nomine Domini nostri Iesu Christi, beate Marie semper Virginis^b et tocius curie^c celestis, amen. Spectabilis et nobilis vir, dominus Batista de Flisco de Caneto, civis Ianue, comes palatinus, filius et heres quondam spectabilis domini Ugolini, etiam comitis palatini, filii^d et heredis quondam domini Nicolai, etiam comitis palatini, habens ad omn<i>a et singulla infra-scripta ac alia plenum et sufficiens mandatum cum plena et omnimoda^e potestate et baylia a serenissimo principe et domino Carolo quarto, divina favente clementia Romanorum imperatore semper augusto et Boemie rege, vigore et ex forma publici privilegii, concessi per prefatum serenissimum dominum imperatorem et regem quondam nobilibus Andree et Antonio de Flisco, fratribus, quondam Benedicti, Luchino et Vicencio de Flisco, fratribus, quondam Albertini, Bartholomeo et Nicolao de Cazanova quondam Ugolini et sociis, nominatis in dicto privilegio, eiusque filiis et heredibus masculis im perpetuum, per me, notarium infrascriptum, vissi et lecti in presentia testium infrascriptorum, dati Luce, millesimo tricentessimo sexagesimo nono, indicione septima, sexto kalendas iunii, regni ipsius anno vicesimo tercio, imperii vero quinto decimo, audita et inteleta requisicione coram eo verbo exposita et facta per Ieronimum de Vintimilio Iuliani, petentem et humiliter requirentem per ipsum dominum comitem de tabelionatus officio investiri et constitui ex potestate^f et bailia ipsi^g domino comitti concessa per prefatum serenissimum dominum imperatorem et regem vigore dicti privilegii, unde ipsum^h dominusⁱ comes, iam habita informacione debita de ipso Ieronimo ac de eius vita, sufficiencia et condicione^j, annuendo / requisicioni dicti Ieronimi, tamquam iuste, imperiali et regia^k autoritate sibi domino comitti concessa, ut supra, dictum^l Ieronimum, coram eo flexis genibus existentem^m, publicum et autenticumⁿ tabelionem et notarium creavit et fecit ac omni iure, via, modo et forma, quibus melius potuit et potest, de officio tabelionatus et notarie publice exercendo per eundem Ieronimum, tam in instrumentis quorumcumque contractuum, quam in aliis^o instrumentis, testamentis et ultimis voluntatibus et in quibuscumque iudiciorum actibus^p,

1

quam etiam in omnibus et singulis, que ad dictum tabelionatus officium pertinent, per omnes terras et loca Romani Imperii, excepto in civitate Ianue et suburbiiis, iuste et fideliter ac legaliter exercendis per ipsum Ieronimum, genibus flexis coram ipso domino comite humiliter existentem, cum penne et calamarii tradicionem solempniter investivit, et in signum vere investiture et perpetue recordacionis ipsius Ieronimi ipse dominus comes eidem Ieronimo, coram eo genibus flexis existenti, ut supra, cum manu dextra in maxilla sinistra dicti Ieronimi^a alapam exhibuit et prebuit cum effectu, dans et concedens ipse dominus comes dicto Ieronimo plenariam potestatem et bailiam dictum^r tabelionatus officium exercendi et publicas scribendi scripturas ultra confines predictos et quecumque alia faciendi, scribendi et exercendi que quilibet publicus et authenticus notarius ex officio sui facere et exercere potest seu possit. Qui^s Ieronimus prius iuravit ad sancta Dei evangelia, tactis corporaliter Scripturis, perpetuo / esse fidelis Sancte Matris Ecclesie Sacrique Imperii et Comunis Ianue ac ipsius domini comitis et quod instrumenta^t, tam publica quam privata, ultimasque voluntates et quecumque iudiciorum acta, et generaliter omnia et singula alia que ex officio tabelionatus debite sibi fienda occurrerint, iuste, pure ac fideliter omnique machinacione, simulacione, falsitate et dolo remotis, ordinate scribet et faciet et scripturas illas, quas in publicam formam debuerit reddigere, fideliter et iuste conscribendo, etiam scribet et rediget, et pro posse^u ecclesiis, monasteriis, viduis, orfanis, pupillis, pontibus, ospitalibus et miserabilibus personis favebit et eorum iura manutenebit et custodiet, nec non sententias et dicta testium, donec fuerint apperta et publicata, et quecumque alia secreta tenenda sub secreto fideliter retinebit et omnia et singula alia recte faciet et exercebit, que ad dictum tabelionatus officium spectabunt et pertinebunt. In quorum omnium et singulorum^v premissorum fidem et testimonium prefatus dominus comes mandavit et dictus Ieronimus rogavit per me, notarium infrascriptum, confici debere^w presens publicum instrumentum in presencia testium infrascriptorum.

Actum Ianue, videlicet in palatio dugane de mari, in camera venerandi Officii Gazarie civitatis Ianue, anno dominice nativitatis millesimo quadringentesimo sexagesimo, indicione septima secundum Ianue cursum, die lune vigesima octava ianuarii, in terciis, presentibus Egidio de Carmadino, Conrado Imperiale, Francisco Prezenda, Bartholomeo Garilio, Iohanne Bernisono, Gaspare de Novaria et Francisco de Rocataliata, civibus Ianue, testibus ad premissa vocatis specialiterque rogatis.

^a *Macchia d'inchiostro* ^b *Virginis: g corretta su precedente scrittura* ^c *Nel testo segue, depennato: cest*
^d *fili: corretto su filius, con la seconda i corretta su u e s finale depennata* ^e *omnimoda: a finale corretta su o* ^f *potestate: corretto su potestatem, con m finale depennata* ^g *ipsi: corretto su domino* ^h *ipsum: così nel*

testo ⁱ dominus: *corretto su dominum* ^j condicione: *corretto su condicionem, con segno generico di abbreviazione depennato* ^k regia: *corretto su regiate, con te depennato* ^l Nel testo segue, depennato: Bartholomeum ^m existentem: *s corretta su g* ⁿ autenticum: *au corretto su precedente scrittura* ^o Nel testo segue, depennato: *insst* ^p actibus: *così nel testo* ^q Ieronimi: *corretto in soprilinea su Bartholomei, nel testo, depennato* ^r dictum: *corretto su precedente scrittura* ^s Nel testo segue, depennato: Barth ^t Nel testo segue, depennato: q ^u Nel testo segue, depennato: *occaxionis* ^v singulorum: *l corretta su precedente scrittura* ^w debere: *re corretto su precedente scrittura.*

2

Genova, 1460, aprile 9

ASG, *Notai Antichi*, filza 726, doc. 210.L'atto è redatto su quattro colonne sul *recto* di un foglio.Nota[rium]^a.

In nomine Domini, amen. Magnificus et potens vir, dominus Gozonus de Gozonibus de Ansimo^b, comes, commissarius generalis ac potestas^c civitatis Ianue et districtus, considerans et actendens quod provida et humane nature discretio, memorie hominum^d labilitate pensata, ne diuturnitate temporum ea, que inter contraentes aguntur, oblivionis deffectu subiacerent, tabelionatus officium adinvenit, per quod contraentium vota scribuntur et scripture ministerio postmodum longum^e servantur in evum, habens ad omnia et singula^f infra-scripta et seu super creandis et constitue<n>dis notariis et tabelionibus publicis plenam et omnimo[dam]^g potestatem et baliam vigore privilegiorum imperialium, concessorum^h comuni Ianue ac dicto domino potestati, de quibus et prout contineturⁱ in registris publicis dicti comunis ac civitatis Ianue, intellecta requisicione ipsi^j magnifico domino commissario et potestati facta^k per Gregorium Baccalecham, civem Ianue, quondam Oberti, requirentem se ab ipso magnifico domino commissario et potestate creari et constitui notarium et tabelionem publicum vigore dictionum privilegiorum imperialium sibi concessorum, habita prius / informacione a nonnullis personis fidedignis de vita, moribus, honestate^l, fama, legalitate et litteratura ac sufficientia eiusdem Gregorii, omni modo, iure, via et forma, quibus melius potuit^m et potest, imperiali auctoritate, qua in hac parte fongitur eique concessa a cessaria magestate super creandis notariis et tabelionibus publicis, prout continetur in registris dicti comunis, eundem Gregorium, presentem et requirentem, creavit ac fecit et constituit notarium etⁿ tabelionem publicum et autenticum ipsumque, flexis genibus devote suscipientem, de arte et officio tabelionatus publice exercendis^o, tam in in-

strumentis et ultimis voluntatibus et quibuscumque iudiciorum actis publice et autentice conscribendis, quam in omnibus et singulis aliis faciendis, que ad dictum tabelionatus officium spectant, per omnes terras et loca, que Romanum profitentur Imperium, extra tamem civitatem Ianue, burbia et suburbia ipsius, cum penna et calamario legitime investivit, dans^p / ei, in signum perpetue recordacionis, alapam unam in masila destra. Qui quidem Gregorius, sic, ut premititur^q, tabelio et notarius publicus constitutus, ipsi magnifico domino commissario et potestati et michi, notario infrascripto, tamquam personis publicis, officio publico stipulantibus et recipientibus nomine et vice^r sacratissimi Romani Imperii ac cristianissime regie maiestatis Franchorum ac^s illustris^t domini gubernatoris dicte regie maiestatis in Ianua etiamque et excelsi comunis Ianue, et per ipsum dominum commissarium et potestatem ac me, dictum notarium infrascriptum, dictis [Ro]mano^s Imperio, cristianissime regie maiestati ac comuni Ianue^u, et deinde ipsi magnifico domino commissario et potestati, prestitit fidelitatis debite^v iuramentum ac etiam iuravit ad sancta Dei evangelia, tactis^w corporaliter Scripturis, quod instrumenta, tam publica quam privata, ultimas voluntates et quecumque iudiciorum acta ac^x omnia et singula, que ipsi ex debito ipsius^y officio facienda^z occurrerint et scribenda, scribet, leget et faciet iuste, pure ac / fideliter, omnibus simulatione ac machinacione, falsitate et dollo remotis, scripturasque illas, quas in publicam debuerit formam^{aa} redigere, in membranis et non in cartis abrais nec papireis fideliter conscribet, iusta tamen semper^{bb} consuetudinem locorum, nec non sententias et dicta testium ac testamenta, donec aperta et publicata fuerint, sub secreto fideliter retinebit; iura ecclesiarum, hospitalium, pontium, viduarum, pupulorum, orfanorum et opresorum^{cc} recte manutenebit omniaque et singula alia recte^{dd} faciet ac iuste^{ee} que ad dictum tabelionatus officium spectabun[t]^g et pertinebunt. In quorum omnium^{ff} testimonium et fidem ac^{gg} ad perpetuam rei memoriam prefatus magnificus dominus commissarius et potestats mandavit fieri^{hh} per me, notarium infrascriptum, presens publicum instrumentum seu privilegium sigilique sui impresione muniri.

Actum Ianue, in palatio comunis residentie prefati magnifici commissarii et potestatis, videlicet in camera cubiculari ipsius, anno dominice nativitatis M^oCCCCLX^o, indictione septima secundum Ianue cursum, die mercurii nona aprilis, in terciis, presentibus Antonio de Precipiano notario, Dominico de Pinu pelipario, filio Lazarini, et Lazaro de Terrili, filio Iohannis, civibus Ianue, testibus vocatis et rogatis.

^a *La carta è macchiata e l'inchiostro è sbiadito* ^b *Ansimo: corretto in soprilinea*
su parola illeggibile, nel testo, depennata ^c *potestas: corretto su potestatis* ^d *hominum: h corretta su precedente scrittura*
^e *longum: o corretta su precedente scrittura*
^f *Nel testo segue, depennato: instrumenta et* ^g *Foro della filza* ^h *Nel testo segue,*

depenmato: ipsi ⁱ continetur: *corretto su* continentur, con segno generico di abbreviazione depennato ^j Nel testo segue, depennato: domino ^k facta: aggiunto in soprilinea, con segno di richiamo ^l honestate: ho *corretto su precedente scrittura* ^m potuit: po *corretto su precedente scrittura* ⁿ Nel testo segue, depennato: se u ^o exercendis: i *corretta su* o ^p Nel testo segue, depennato: ex ^q Nel testo segue, depennato: cons ^r vice: v *corretta su precedente scrittura* ^s Nel testo segue, depennato: illustrissimi, già precedentemente corretto, e in soprilinea, depennato: instris ^t illustris: *corretto in soprilinea su* domini, nel testo, depennato ^u Nel testo segue, depennato: et dicto illustrissimo domino ^v debite: aggiunto in soprilinea, con segno di richiamo ^w tactis: ctis *corretto su precedente scrittura* ^x ac: *corretto in soprilinea su* segno tachigrafico per et, nel testo, depennato ^y ipsius: ip *corretto su precedente scrittura* ^z facienda: a *finale corretta su precedente scrittura*. Nel testo segue depennato: occorre, in parte corretto ^{aa} formam: fo *corretto su precedente scrittura* ^{bb} Nel testo segue, depennato: consuetunem ^{cc} opresorum: pre *corretto su* per ^{dd} Nel testo segue, non depennato: et, e, depennato: iuste ^{ee} ac iuste: aggiunto in soprilinea, senza segno di richiamo ^{ff} Nel testo segue, depennato: premissorum fidem et ^{gg} et fidem ac: *corretto in soprilinea su* segno tachigrafico per et, nel testo, depennato ^{hh} Nel testo segue, depennato: dictis vero Gre

Genova, 1460, ottobre 21.

ASG, *Notai Antichi*, filza 726, doc. 583.

L'atto è redatto su sei colonne, quattro sul *recto* e due sul *verso*, di un foglio (la seconda e la terza colonna del *verso* sono bianche).

Notariatus.

In nomine Domini, amen. Universis et singulis presens publicum instrumentum seu privilegium inspecturis pateat evidenter quod magnificus dominus Galeatius de Bernetio, commissarius Ianue^a et in hac parte vices gerens magnifici domini potestatis Ianue, vigore rescripti conditi per illustrem dominum regium gubernatorem et magnificum Consilium dominorum Antianorum civitatis Ianue, scripti manu Ambrosii de Senarega cancellarii, considerans et attendens quod provida humane nature discretio, memorie^b hominum labilitate pensata, ne diuturnitate temporum ea, que inter contrahentes aguntur, oblivionis defectu subiacerent, tabelionatus officium^c adinvenit, per quod contrahentium vota^d scribuntur et scripture ministerio postmodum longum servantur in evum, vissa igitur presentatione coram eo facta per prestantes et egregios dominos Baptistam de Oliva et Bartholomeum de Lucho, notarios, rectores spectati Collegii notariorum civitatis Ianue, ac spectabiles utriusque iuris doctores, dominos Enricum Stellam et Paullum de Baxadonis, sapientes dicti Collegii, ac per

prestantes dominos Lazarum Ragium, Christoferum de Levanto, Iohannem de Logia, Christoferum Sistum, Iulianum de Turri, Constantinum de Albertis, Antonium de Turrilia et Iohannem de Novis, / examinatores premissi Collegii, nec non et per egregios dominos Antonium de Facio, Iohannem de Recho, Christoferum de Rapalo, Manuelem Pelleranum, Laurencium de Alsario, Iohannem de Sancto Stephano, Bartholomeum de Levanto, Petrum Antonium Narixe^e, Paulum Ragium et Nicolaum de^f Garbarono^g, consiliarios dicti Collegii, de Visconte de Sella quondam^{***h}, Petro de Vernacia quondam domini magistri Venerii, Baptista Maynerio filio Antonii, Georgio Perelano filio Manuelis, Ieronimo Ragio filio Lazari, Francisco de Camulio filio Pauliⁱ, Dominico de Precipiano filio Antonii, Iacobo de Insulla quondam Iohannis, Baptista de Levanto quondam Thome, Bartholomeo de Canicia quondam Francisci, Stephano de Martignono quondam Dominici, Baptista de Rapallo quondam Ieronimi, Antonio de Bozollo quondam Iuliani, Lazaro de Terrili filio Iohannis, Thoma Bazurro quondam Thadei, Antonioto Gar[ello]^j filio Ruffini et Bartholomeo Boeto filio Iohannis, promoveri^k et aggregari affectantibus premissis Collegio notariorum Ianue, in qua quidem presentacione prenominati domini rectores, sapientes, examinatores et consilarii verbo asseruerunt eidem domino commissario et vices gerenti se se dictos superiores descriptos et nominatos dicto Collegio aggregari deliberasse velut habiles, benemeritos^l et condignos ac in litteratura expertos^m eosque approbasse et ad dictum Collegium admississe, de ipsis superius nominatis debita ac solenni inquisitione et examinatione, tam super etate et litteratura quam vita, honestate, fama et moribus, prius facta, de ipsisque se se prius absolutisⁿ ad calculos albos et nigros, / iuxta constitutiones et statuta dicti Collegii, quam ob rem ipsi domino commissario et vices gerenti supplicaverunt quatenus, imperiali auctoritate qua in hac parte fongitur vigore privilegiorum excelso comuni Ianue indultorum^o, predictos superiores nominatos et quemlibet eorum notarios seu tabeliones publicos facere et creare dignaretur. Quapropter prefatus magnificus dominus commissarius et vices gerens premissus, omnibus et singulis auditis et intellectis ac dilligenter consideratis et attento rescripto^p condito ac ipsi^q domino^r commissario et vices gerenti concesso in huiusmodi creatione per illustrem dominum regium gubernatorem in Ianua et magnificum Consilium dominorum Antianorum, manu suprascripti Ambrosii de Senarega cancellarii, causaque plene cognita et legitime approbata relatu et assertione suprascriptorum dominorum rectorum, sapientum, examinatorum et consiliariorum, imperiali auctoritate qua in hac parte fongitur eique concessa a cesaria maiestate super creandis notariis seu tabelionibus publicis eius privilegio imperiali, prout in privilegiis imperialibus prefato comuni Ianue concessis plenius continetur, et etiam omni iure, via, modo et forma, quibus melius potuit et potest^s, dictos superius nominatos Vesconte de Cella, Petrum

de Vernatia, Baptistam Maynerium, Georgium Perelanum, Ieronimum Radium, Franciscum de Camulio, Dominicum de^t Precipiano, Iacobum de Insulla, Baptistam de Levanto, Bartholomeum de Canicia, Stephanum de Martignono, Baptistam de Rapallo, Antonium de Bozolo, Lazarum de Terrili, Thomam Bazzurum, Antoniotum Garellum et Bartholomeum Boetum, presentes et requirentes, et quemlibet ipsorum, creavit ac fecit et constituit notarios seu tabeliones publicos et auctenticos ipsosque, flexis genibus / devote suscipientes, de arte et officio tabelionatus publice exercendo, tam in instrumentis et ultimis voluntatibus et quibuscumque iudiciorum actis publice et auctentice conscribendis, quam in omnibus et singulis aliis faciendis, que ad dictum tabelionatus spectant officium, per omnes terras et loca que Romanum profitentur Imperium, cum penna et calamario legitime investivit et ad dictum Collegium notariorum civitatis Ianue approbavit, admissit et aggregavit, de suprascriptorum dominorum rectorum et aliorum officialium sepedicti Collegii expresso consensu et voluntate. Qui superius descripti et nominati notarii, sic, ut premititur, creati et constituti, ipsi magnifico domino commissario et mihi notario infrascripto, tamquam personis publicis, officio publico stipulantibus et recipientibus nomine et vice sacratissimi Romani Imperii ac christianissime regie maiestatis Franchorum ac prefati illustris domini regii gubernatoris in Ianua etiamque et excelsi comunis Ianue, et per ipsum dominum commissarium et me, dictum notarium infrascriptum, dictis Romano Imperio ac regie magestati Franchorum et dicto domino regio gubernatori, comuni Ianue, et deinde^u ipsi domino commissario vices gerenti, prestiterunt^v fidelitatis debite iuramentum ac etiam iuraverunt ad sancta Dei evangelia, corporaliter tactis Scripturis, quod instrumenta, tam publica quam privata, ultimas voluntates et quecumque iudiciorum acta ac omnia et singula, que ipsis ex debito ipsorum officio facienda occurrerint et scribenda, scribingent, legent et facient iuste, pure ac fideliter, omnibus simulacione ac machinacione, falsitate^w et dolo remotis, scripturasque illas, quas in publicam debuerint formam redigere, in membranis et non in cartis abrasis nec papireis fideliter conscribent, iuxta tamen semper / consuetudinem locorum, nec non sententias et dicta testium ac testamenta, donec aperta et publicata fuerint, sub secreto fideliter^x retinebunt, iura ecclesiarum, hospitalium, pontium, viduarum, pupillorum, orfanorum et oppressorum recte manutenebunt omniaque et singula alia recte et iuste facient, que ad dictum tabelionatus officium spectabunt et pertinebunt, decretaque constitutionis et capitula quelibet premissi Collegii observabunt. In quorum omnium premissorum fidem et testimonium et ad perpetuam rei memoriam prefatus dominus commissarius mandavit fieri per me, notarium infrascriptum, presens publicum instrumentum.

Actum in palatio solite residentie magnifici domini potestatis Ianue, videlicet in sala superiori dicti palatii, anno dominice nativitatis M^oCCCCCLX^o,

indicione octava secundum Ianue cursum, die martis vigesima prima octobris, circa horam vigessimam terciam, presentibus Bartholomeo de Passano filio Christopheri, Stephano de Sancto Romulo fabro^y, Leonardo Barabino formaiano, Carulo de Bozollo quondam Luce et Bartholomeo de Castilione Martini, civibus Ianue, testibus vocatis et rogatis.

Extractum.

^a Ianue: corretto in soprilinea su generalis, nel testo, depennato ^b memorie: e finale corretta su a ^c officium: corretto su officia, con a trasformata in u e segno generico di abbreviazione aggiunto ^d vota: o corretta su t ^e Narixe: r corretta su precedengte scrittura ^f Nel testo segue, depennato: Turrilia ^g Garbarono: cosi nel testo, forse per Garbarino ^h Nel testo spazio bianco per mm. 22 ⁱ Pauli: i finale corretta su o ^j Foro della filza. L'integrazione dal contesto dell'atto ^k promoveri: mo corretto su precedente scrittura ^l benemeritos: ben corretto su precedente scrittura ^m expertos: er corretto su precedente scrittura ⁿ Nel testo segue, depennato, segno tachigrafico per et ^o Nel testo segue, depennato: a cesa ^p Nel testo segue, depennato: hodie ^q ipsi: i finale corretta su o ^r domino: d corretta sul segno convenzionale del 'c conversum' ^s quibus - et potest: aggiunto in soprilinea, sforando nella quarta colonna di scrittura del recto del foglio, con segno di richiamo ^t Nel testo segue, depennato: Martignono ^u deinde: e finale corretta su precedente scrittura ^v Nel testo segue, depennato: d ^w falsitate: lsi corretto su precedente scrittura ^x Nel testo segue, depennato: te ^y fabro: fa corretto su precedente scrittura.

4

Genova, 1461, gennaio 10.

ASG, *Notai Antichi*, filza 769/I, doc. 147.

L'atto è redatto su cinque colonne, quattro sul *recto* ed una sul *verso*, di un foglio; redazione sommaria, con formule ceterate, seguite da spazi bianchi.

Dall'atto sembra si possa evincere che Geronimo di Ventimiglia aveva già acquistato la *subscribania Officii Mercancie* da Bartolomeo de Canicia per i due anni conferiti a quest'ultimo; ma ciò non è possibile, poiché Geronimo era stato nominato notaio palatino soltanto il 28 gennaio dell'anno precedente (cfr. doc. 1): forse l'acquirente era stato Bartolomeo de Fransono.

+ Ihesus. Vendicio subscribanie.

In nomine Domini, amen. Bartholomeus de Fransono quondam Bartholomei, civis Ianue, sponte et ex certa sciencia vendidit et titulo vendicionis dedit, cessit et traddidit ac dat, cedit et tradit^a Ieronimo de Vintimilio Iuliani, presenti, ementi ac stipulanti et recipienti pro se et heredibus ipsius, subscribaniam venerandi Officii Mercancie civitatis Ianue, sibi Bartholomeo collatam per illu-

strem dominum Ludovicum^b de Valle^c, in Ianua gubernatorem pro serenissimo rege Franchorum, pro anno uno, inchoando a die finitorum annorum duorum^d collatorum per illustrem dominum ducem Calabrie Bartholomeo de Canicia et emptorum per dictum Ieronimum a dicto Bartholomeo de Canicia, cum omnibus et singulis iuribus, actionibus et rationibus, commodis, emolumentis et utilitatibus spectantibus et pertinentibus ad dictam subscribaniam, nihil iuris ipsius in ipsum Bartholomeum retento, ad habendum, tenendum, gaudendum, possidendum et usufructuandum, vendendum et alienandum et de dicta subscribania faciendum pro dicto tempore dicti anni quicquid et prout eidem Ieronimo et heredibus suis melius videbitur et placuerit tamquam de re propria sua et titulo vendicionis, ut supra, et prout soliti sunt exercere precessores^e sui, liberam et expeditam ab omnibus et singulis staliis Casteleti et expensis literarum et etiam ab omni alio onere exactionis^f, preterquam a futuris et cetera. / Et hoc pro pretio et finito pretio librarum quadraginta quinque pagarum anni de M^oCCCCLX, dandarum et solvendarum per dictum Ieronimum dicto Bartholomeo ad eius liberam voluntatem et simplicem requisicionem, omni exceptione remota, renuncians et cetera. Et si plus valet dicta subscribania pretio suprascripto, sciens ipsius verum pretium et cetera, faciens et cetera, renuncians dictus^g Bartholomeus legi qua subvenitur^h deceptis ultra dimidiam iusti preciiⁱ et omni alii iuri. Possessionem quoque et cetera, constituens se pro dicto Ieronimo et eius nomine et cetera /, dans eidem Ieronimo licenciam dictam subscribaniam ingrediendi et exercendi statim, finitis dictis duobus annis dicti Bartholomei de Canicia, de quibus supra, et cetera. Insuper ex dicta causa et pro pretio suprascripto et cetera, ita ut dictis iuribus, actionibus et rationibus, commodis, emolumentis ac utilitatibus dicte subscribanie et cetera, constituens dictum Ieronimum, presentem et stipulantem, in et de predictis iuribus dominum et procuratorem in rem propriam; promittens dictus Bartholomeus^j dicto Ieronimo, presenti et stipulanti ut supra, dictam subscribaniam sibi, ut supra venditam, pro toto^k dicto tempore de cetero non impedire, molestare nec subtrahere eidem Ieronimo et heredibus suis nec impediendis modo aliquo consentire, sed potius dictam subscribaniam pro dicto tempore toto eidem Ieronimo et heredibus suis legitime deffendere, expedire, autorizare et disbligare a quibuscumque / personis^l, comuni, corpore, collegio et universitate et etiam a dominacione Ianue^m, et omne iudicium omnemque litem, quod et que fieret seu moveretur, in iudicio vel extra, eidem Ieronimo et dictis heredibus suis in dicta subscribania, pro ipsa et occaxione ipsius, in se ipsum Bartholomeum suscipere et subire atque terminari facere usque ad diffinitivam sententiam incluxive et plenariam execucionem ipsius propriis dampnis, interesse et expensis dicti Bartholomei, remissa eidem Ieronimo et dictis heredibus suis necessitatem denunciandi et appellandi. Que omnia et cetera, sub pena dupli et cetera, ratis

et cetera et sub ypoteca et cetera. Insuper pro dicta subscribancia deffendenda toto dicto tempore, de quo supra, et pro predictis omnibus aliis et singulis supra-scriptis firmiter attendendis, complendis et observandis per dictum Bartholomeum versus dictum Ieronimum solempniter intercessit et fideiussit Simon Beffignanus Thome et se inde proprium et principallem pagatorem et observatorem constituit // et esse voluit usque in dictam summam librarum quadraginta quinque pagarum^a predictarum, solvendarum per dictum Ieronimum dicto Bartholomeo, sub et cetera, renuncians iuri de principalli et cetera. Acto et cetera quod, in casu restitutionis dictarum librarum quadraginta quinque et cetera, dicti Bartholomeus principallis et Simon fideiussor possint et valeant conveniri, capi, detineri et arestari Ianue, Saone, Pïssis, Florencie et cetera, renunciantes et cetera quibuscumque graciis et salvisconductibus presentibus et futuris et cetera, quibus promisserunt non uti nec se tueri et cetera. De quibus omnibus et cetera.

Actum Ianue, in camera venerandi Officii Mercantie, sita in dugana, anno dominice nativitatis MCCCCLX primo, indicione octava secundum Ianue cursum, die sabati decima ianuarii, in terciis, presentibus Iohanne Calvo notario et Baptista de Bargalio quondam Luchini, civibus Ianue, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

^a *Nel testo segue, depennato: Antonio* ^b *Ludovicum: corretto in soprilinea su Franciscum, nel testo, depennato* ^c *Nel testo segue, depennato: regium* ^d *Nel testo segue, depennato: emptorum per dictum Ieronimum a Bartholomeo de Canicia* ^e *precessores: s finale corretta su m* ^f *Nel testo segue, depennato: et vinculo servitutis* ^g *Nel testo segue, depennato: Franciscus Ier* ^h *subvenitur: v corretta su r* ⁱ *Nel testo segue, depennato: et legi dicenti donacionem ultra quingentos aureos* ^j *dictus Bartholomeus: aggiunto in soprilinea, con segno di richiamo* ^k *toto: to finale aggiunto in soprilinea, con segno di richiamo* ^l *Nel testo segue, depennato: persona* ^m *et etiam a dominacione Ianue: aggiunto nel margine sinistro della quarta colonna di scrittura del recto del foglio, con segno di richiamo* ⁿ *Nel testo segue, depennato: solv Ianue*

5

Genova, 1462, dicembre 2

ASG, *Notai Antichi*, filza 769/II, doc. 117.

L'atto è redatto su due colonne sul *recto* di una carta; redazione sommaria, con formule ceterate, seguite da spazi bianchi.

+ Yhesus. Quitacio et cessio.

In nomine Domini, amen. Petrus Capelus Antonii, Petrus de Ripalta^a quondam Antonii^b et Stefanus Ratonus Nicolai, scientes vendidisse Ieronimo

de Vintimilio subscribaniam dominorum censorum pro pretio librarum viginti III^{or} ianuinarum, vigore instrumenti rogati per Lazarum de Garbarino notarium paulo ante, quam dicti Petrus, Petrus et Stefanus emerant a magistro Bartholomeo Scariono cultellerio, vigore instrumenti rogati per Baldasarem de Ferrariis^c notarium hoc anno, die ***^d, et scientes promississe ipsi Ieronimo cedere omnia iura eis competencia et competitura occaxione deffensionis dicte subscribanie pro anno uno proxime venturo, vigore dicti instrumenti, scripti manu dicti Lazari, ad quod relatio habeatur, sponte et cetera confessi fuerunt et [i]n^e veritate publice recognoverunt a dicto Ieronimo, presenti et stipulanti et cetera, se se a dicto Ieronimo habuisse et recepissee dictas libras viginti III^{or} ianuinarum pretii^f dicte subscribanie, in pecunia numerata, in presentia mei notarii infrascripti et testium infrascriptorum, et de^g ipsis se se bene quietos et cetera, renunciantes et cetera. Quare quitaverunt, liberaverunt et absolverunt dictum Ieronimum, presentem et stipulantem ut supra, a dictis libris viginti III^{or} per aceptilacionem et cetera, promittentes et cetera numquam molestare et cetera. / Insuper dicti Petrus et socii^h concesserunt eidem Ieronimo, presenti et stipulanti prout supra, omnia et singula iura omnesque et singulas rationes et actiones, utiles et dirrectas, reales et personales, mixtas, rei persecutorias et penalles et alias quascumque et quecumque et quas ipsiⁱ Petrus, Petrus et Stefanus habent et sibi competunt seu umquam melius competierunt vel competere possent^j vel potuissent contra et adversus dictum Bartholomeum et fideiussos suos, eidem Petro et sociis obligatum et obligatos vigore dicti instrumenti, rogati per dictum Baldasarem, occaxione dicte subscribanie. Que omnia et cetera promisserunt et iuraverunt et cetera, sub pena dupli et cetera, ratis^k et cetera, et sub ipoteca et cetera. De quibus omnibus <et cetera>.

Actum Ianue, in palacio dugane de mari, in camera Officii Mercantie, anno dominice nativitatis millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo, indicione decima secundum Ianue cursum, die iovis secunda decembris^l, hora Avemaria^m, que pulsatur de seroⁿ, presentibus Baptista de Vinelli notario et Iohanne de Ripalta quondam Ieronimi, civibus Ianue, ac Iulliano de Rolando de Bonifacio, testibus ad premissa vocatis et specialiter rogatis.

Non.

^a Ripalta: ip *corretto su precedente scrittura* ^b Antonii: nii *corretto in soprilinea su precedente scrittura, nel testo, depennata* ^c Ferrariis: ar *corretto su precedente scrittura* ^d Nel testo spazio bianco per mm. 13 ^e Foro della filza ^f Nel testo segue, depennato: sub ^g de: il primo tratto della d *corretto sul primo tratto di una p* ^h dicti Petrus et socii: *aggiunto in soprilinea, con segno di richiamo* ⁱ ipsi: i *finale corretta su e* ^j Nel testo segue, depennato: vel in futurum ^k Nel testo segue, depennato: proinde ^l Nel testo segue, depennato: in ^m Avemaria: *così nel testo, per Avemarie* ⁿ Nel testo segue, depennato: an

Genova, 1465, marzo 21

ASG, *Notai Antichi*, filza 895, doc. 169.L'atto è redatto su tre colonne, due sul *recto* e una sul *verso*, di una carta.

Constitutio notarii extra Collegium.

In nomine Domini, amen. Universis et singulis presens publicum instrumentum sive privilegium inspecturis pateat manifeste quod nobilis et egregius dominus Baptista de Flischo de Caneto quondam Ugolini, comes palatinus, considerans et atcendens <quod> humane nature discretio, memorie hominum labillitate^a pensata, ut ne^b diuturnitate temporum ea, que inter contrahentes aguntur, oblivionis defectu subiacerent, tabelionatus officium adinvenit^c, per quod contrahentium vota scribuntur et scripture mi<ni>sterio postmodum longum servuntur^d in^e evum, habens ad omnia et singula infrascripta plenam et omnimodam potestatem et bayliam vigore et ex forma publici et auctentici^f privilegii imperialis^g antecessoribus ipsius egregii domini Baptiste^h et pro contentis eidem concessi et attributi, omni iure, via, modo et forma, quibus melius et validius potuit et potest, habita prius plena fide et veridica informationeⁱ, percepta a nonnullis personis, testibus fidedignis, de fama^j, vita, moribus, sufficientia et legallitate Oberti de ***^k, burgensis de Rapalo, quondam Nicolai, eundem Obertum, presentem coramque ipso domino Baptista, flexis genibus, suppliciter requirentem, publicum et auctenticum notarium et tabelionem fecit, creavit et ordinavit, ita quod prefatus Obertus tabellio de cetero per totum Romanum Imperium, extra tamen civitatem Ianue, burbia et suburbia ipsius, possit et valeat ubique dictum tabellionatus officium publice et libere exercere, tam in instrumentis et ultimis voluntatibus et quibuscumque iudiciorum actis publice et auctentice conscribendis^l, quam in omnibus et singulis aliis faciendis et exercendis, que ad tabellionatus officium antedictum quomodolibet pertinent et incumbunt. Quisquidem^m Obertus, tabellio antedictus, prefato nobili et egregio domino Baptiste et mihi, notario infrascripto, tanquam publicis personis, officio publico stipulantibus et recipientibus nomine et vice sacratissimi / Romani Imperii ac etiamⁿ illustris^o et excelci^p domini Conradi de Foliano, ducalis in Ianua locumtenentis et gubernatoris, prestitit fidelitatis debite sacramentum, et deinde antedicto domino Baptiste eiusque heredibus, contra quascumque personas, salvo semper honore Sancte Romane Ecclesie, nec^q non iuravit et iurat ad sancta Dei evangelia, corporaliter tactis Scripturis, quod instrumenta, tam publica quam privata, ultimas voluntates, quecumque iudiciorum acta et omnia et singula, que ipsi Oberto ex debito sui offitii facienda

occurrerint et scribenda quovis modo, iuste, pure et fideliter, quibuslibet simulatione, machinatione, dolo et falsitate remotis, scribet, leget et faciet, instrumenta et scripturas^r illas, que et quas in publicam debuerint^s reddigere formam, in membranis et non in cartis abrasis nec in papiris^t legaliter conscribet^u, nec non sententias et dicta testium, donec publicata fuerint, et acta quelibet^v sub cecreto^w fideliter retinebit^x, iura ecclesiarum, hospitalium, pontium, viduarum et orfanorum recte manutenebit, et demum omnia et singula recte faciet que ad predictum tabellionatus officium spectabunt et pertinebunt quovis modo. Et deinde prefatus dominus Baptista, visis et auditis iuramentis et promissionibus suprascriptis, dictum Obertum, presentem et acceptantem, de dicto tabellionatus officio cum penna et calamario, quem propriis tenebat in manibus, solemniter et legitime investivit eidemque in signum recordationis perpetue de premissis super maxillam ipsius dexteram alapam unam dedit. In quorum omnium et singulorum^y fidem et testimonium ad perpetuam rei memoriam // preasertus dominus Baptista mandavit, prefatus vero Obertus rogavit, presens publicum instrumentum sive privilegium confici et publicari per me, notarium infrascriptum.

Actum Ianue, in studio domus habitacionis egregii legumdoctoris, domini Nicolai de Nigro, posite in^z carrubeo de Nigro de Bancis, anno^{aa} dominice nativitatis M^oCCCCLXV, indicione XII^a secundum Ianue cursum, die^{bb} iovis^{cc}, XXI^a marcii, hora signi meridiei, presentibus testibus dicto^{dd} egregio domino Nicolao de Nigro, legumdoctore, quondam domini Segurani, Lodisio de Iussano, fabro, Petri et Iohanne Bossio de Petra Petri, civibus Ianue, ad hec vocatis et rogatis^{ee}.

Extractum.

^a labilitate: *la prima i corretta in soprilinea su o* ^b ut ne: *così nel testo* ^c adinvenit: *ad corretto su precedente scrittura* ^d servuntur: *così nel testo, per servantur*
^e Nel testo segue, depennato: *eum* ^f auctentici: *ci corretto su precedente scrittura*
^g Nel testo segue, depennato: *eidem concessi et atributi* ^h Nel testo segue, depennato: *conc*
ⁱ informatione: *fo corretto su precedente scrittura* ^j Nel testo segue, depennato, segno tachigrafico per et ^k Nel testo spazio bianco per mm. 8. Segue, depennato: *de*
^l conscribendis: *cr corretto su precedente scrittura* ^m Quisquidem: *s aggiunta in soprilinea, con segno di richiamo* ⁿ Nel testo segue, depennato: *reverendissimi*
^o illustris: *l'abbreviazione per letterina soprascritta* *is corretta su mi* ^p excelci: *così nel testo*
^q nec: *c corretta su precedente scrittura* ^r Nel testo segue, depennato: *que et quas*
^s debuerint: *così nel testo, per debuerit* ^t papiris: *la prima p corretta su precedente scrittura*
^u conscribet: *corretto su conscribetur* ^v Nel testo segue, depennato: *que*
^w cecreto: *così nel testo, per secreto* ^x retinebit: *corretto su retinebitur*
^y singulorum: *corretto in soprilinea su premissorum, nel testo, depennato* ^z in: *corretto su precedente scrittura*
^{aa} anno: *la seconda n corretta su precedente scrittura*
^{bb} Nel testo segue, depennato: *sabbati* ^{cc} iovis: *s finale corretta su precedente scrittura*

^{dd} *Nel testo segue, depennato:* domino ^{ee} *Nella seconda colonna di scrittura del verso della carta, depennato:* Actum Ianue, in studio domus habitationis egregii legumdoctoris (legumdoctoris: *aggiunto in soprалinea, con segno di richiamo*) domini Nicolai de Nigro, posite (posite: *corretto su precedente scrittura*) in carubeo de Nigro de Bancis, videlicet iusta (*segue, depennato:* dictam) plateam dictorum

7

Genova, 1480, giugno 8.

A.S.G., *Notai Antichi*, filza 1242, doc. 3.

L'atto è redatto su pergamena (mm. 192 x 270), la quale è stata piegata in due per essere inserita nella filza.

La data del giorno è errata, perché nel 1480 l'8 giugno era giovedì.

In nomine Domini nostri Ihesu Christi et beate Marie semper Virginis ac totius celestis curie, amen. Ex hoc publico instrumento presentibus pateat et futuris quemadmodum spectabilis et nobilis dominus Petrus de Flischo, civis Ianue, comes palatinus, quondam domini Baptiste quondam domini Ugolini quondam domini Nicolai, etiam comite^a palatinorum, habens ad omnia et singula infrascripta ac alia plenum et sufficiens mandatum, cum plena et omnimoda potestate et baylia, a serenissimo principe et domino, domino Carolo quarto, divina favente clementia Romanorum imperatore semper augusto et Boemie rege, vigore et ex forma publici privilegii, concessi per prefatum serenissimum dominum imperatorem et regem su[pran]ominato^b quondam domino Nicolao de Flischo, Andree et Antonio de Flischo et aliis, in eo privilegio nominatis, eiusque filiis et heredibus ac descendentibus ex eis et quolibet eorum masculis, in perpetuum, tam super creandis tabelionibus et notariis publicis quam super legitimacione bastardorum et ad alia, prout latius in dicto privilegio continetur et ex tenore ipsius privilegii clare apparet, per me, notarium infrascriptum, visi et lecti, dati Luce, anno Domini millesimo tricentesimo sexagesimo nono, indictione septima, sexto calendas iunii, regni ipsius anno vicesimo tercio, imperii vero quinto decimo, audita et intellecta requixicione coram eo verbo facta per Ieronimum de Uvada, civem Ianue, filium Gregorii de Uvada, draperii, petentem et humiliter requirentem per ipsum dominum comitem se Ieronimum de tabelionatus officio investiri et notarium constitui ex potestate et baylia ipsi domino comiti concessa per prefatum serenissimum dominum imperatorem et regem, vigore dicti privilegii, unde ipse dominus comes, habita iam informacione debita de dicto Ieronimo ac de eius vita, literatura, sufficientia et condicione, annuendo requixicioni dicti Ieronimi, tanquam iuste, omni iure, via, modo et forma, quibus melius potuit et potest, imperiali et^c regia auctoritate ipsi domi-

no comiti concessa, ut supra, eundem Ieronimum, coram eo flexis genibus existentem, publicum et autenticum ac idoneum tabelionem et notarium creavit et fecit ac de officio tabelionatus et notarie publice exercendo per eundem Ieronimum, tam in instrumentis quorumcumque contractuum, quam in aliis instrumentis, testamentis et ultimis voluntatibus et in quibuscumque iudiciorum actibus^d, quam etiam in omnibus et singulis, que ad dictum tabelionatus officium pertinent, per omnes terras et loca Romani Imperii, excepto in civitate Ianue et in burbiis ipsius, iuste et fideliter ac legaliter exercendis per ipsum Ieronimum, genibus flexis coram ipso domino comite humiliter existente<m>, cum penne et calamarii tradizione solemniter investivit, et in signum vere investiture et perpetue recordacionis ipsius Ieronimi ipse dominus comes eidem Ieronimo, coram eo genibus flexis existenti, ut supra, cum manu destra in masila sinistra dicti Ieronimi alapam exhibuit et prebuit cum effectu, dans et concedens ipse dominus comes dicto Ieronimo, presenti, plenariam potestatem et bayliam dictum tabelionatus [o]fficium^e et notarie exercendi et publicas scribendi scriptura[s]^e per totum dictum Romanum Imperium, excepto in civitate Ianue et in burbiis ipsius civitatis Ianue, ut supra, et quecumque alia faciendi, scribendi et exercendi que quilibet publicus et autenticus notarius ex officio sui facere potest ac exercere extra menia civitatis Ianue et burbiorum, ut supra. Qui Ieronimus iuravit ad sancta Dei evangelia, tactis corporaliter Scripturis, quod perpetuo erit [fid]elis^f Sancte Matri Ecclexie ac Sacro Imperio et comuni Ianue ac ipsi domino comiti et quod instrumenta, tam publica quam privata, ultimasque voluntates et quecumque iudiciorum acta, et generaliter omnia alia, que ex debito sui tabelionatus officii sibi fienda occurre<ri>nt, iuste, pure ac fideliter, omnique machinacione, simulacione, falsitate et dolo remotis, ordinate scribet et faciet, et scripturas illas, quas in publicam formam redigere debuerit, fideliter et iuste conscribendo, etiam scribet et rediget, et pro posse ecclexiis, monasteriis, viduis, orfanis, pupilis, pontibus, hospitalibus et miserabilibus personis favebit et eorum iura manutenebit et custodiet, nec non sententias et dicta testium ac testamenta, donec aperta et publicata fuerint, sub secreto fideliter retinebit et omnia et singula alia recte faciet et exercebit que ad dictum tabelionatus officium pertinebunt. In quorum premissorum fidem et testimonium prefatus dominus comes mandavit, et dictus Ieronimus rogavit me notarium infrascriptum, ut inde conficiam hoc presens publicum instrumentum in fidem et testimonium quorumlibet premissorum.

Actum Ianue, in palacio comunis, in prima sala, vocata Fraschea, ad banchum mei, notarii infrascripti, anno dominice nativitatis millesimo quadringentesimo^g octuagesimo, indictione duodecima secundum Ianue cursum, die sabati octava iunii^h, in terciis, presentibus testibus Iohanne de Clavaro, notario, Antonio de Lucho, etiam notario, Peregro Tasorello quondam Benedicti, Iohanne

de Via, notario, Gregorio Fialo, formaulario, et Martino de Coronato, filio Raphaelis, civibus Ianue, testibus ad premissa vocatis personaliterque rogatis.

(S.T.) Ego Baptista Parrisola, civis Ianue, quondam Nicolai, apostolica et imperiali auctoritatibus notarius publicus, premissis omnibus interfui, rogatus scripsi, testatus fui et publicavi, licet per alium coadiutorem meum, aliis meis impeditus negociis, fideliter transcribi fecerim, signo nomineque meis solitis ibidem appositis, in fidem et testimonium quorumlibet premissorumⁱ.

^a comite: così nel testo, per comitum ^b Guasto nella pergamena ^c Il segno tachigrafico per et aggiunto in soprilinea, con segno di richiamo ^d actibus: così nel testo ^e Foro della filza ^f L'inchiostro è sbiadito ^g quadringentesimo: g corretta su precedente scrittura ^h La data del giorno è errata, perché nel 1480 l'8 giugno era giovedì ⁱ Sul verso della pergamena: Instrumentum notariatus extra menia civitatis Ianue Ieronimi de Uvada domini Gregorii, scriptum manu egregii Baptiste Parrisole, notarii

8

Genova, 1482, gennaio 17

ASG, *Notai Antichi*, filza 870/I, doc. CCLXVII.

L'atto è redatto su tre colonne, due sul *recto* ed una sul *verso*, di una carta; redazione sommaria, con formule ceterate, seguite da spazi bianchi.

+ Ihesus. Dox.

In nomine Domini, amen. Iulianus de Sancto Matheo canabacerius, civis Ianue, filius^a Leonardi, maior annis viginti quinque et palam et publice negocians et faciens facta sua sciente, paciente et non contradicente dicto Leonardo, eius patre^b, ut asserit, sponte et ex certa sciencia confessus fuit et in veritate publice recognovit Ieronimo de Vintimilio notario, civi Ianue, quondam Iuliani^c, patri Perete, filie ipsius Ieronimi et uxoris dicti Iuliani, presenti et stipulanti ac recipienti, se a dicto Ieronimo habuisse et recepisse pro dotibus et patrimonio dicte Perete libras sexcentas ianuinorum in diversis partitis, videlicet in pecunia numerata et raubis et aliis, de quibus se bene quietum, tacitum, contentum et solutum vocavit et vocat in modum predictum, renuncians et cetera, faciens et cetera antefactum de libris C et cetera^d, ad habendum, tenendum, gaudendum, possidendum et usufructuandum secundum formam capitulorum civitatis Ianue. / Quas dotes et quod antefactum dictus Iulianus de Sancto Matheo^e voluit et mandavit ac vult et mandat fore et esse salvas et salvum in omnibus bonis suis, mobilibus et immobilibus, et tam presentibus quam futuris, promittens dicto Ieronimo, presenti et ut supra stipulanti, et

etiam, ad cautelam, mihi notario subscripto, tanquam persone publice, officio publico stipulanti et recipienti nomine et vice dicte Perete, et per nos eidem Perete, licet absenti, ut supra, dictas dotes et antefactum dare, solvere et restituere seu dari, solvi et restitui facere dicto Ieronimo et seu dicte Perete aut heredibus suis adveniente die, casu seu condicione dictarum dotium restituendarum et antefacti solvendi, in totum seu pro parte, secundum quod casus advenerit, et illi sive illis cui sive quibus de iure dari, solvi et restitui debebunt. Et hec omnia et cetera, sub pena dupli et cetera, cum restitutione et cetera, ratis et cetera, et sub ipotheca et cetera. //

Actum Ianue, in contracta ecclesie Sancti Georgii, in caminata domus habitacionis dicti Ieronimi de Vintimilio notarii, anno dominice nativitatis millesimo quadringentesimo octuagesimo secundo, indicione quarta decima secundum Ianue cursum, die iovis decima septima ianuarii, in vespers, presentibus testibus Dominico Boerio callegario quondam Nicolai et Batista de Calvari callegario quondam Guliermi, habitatoribus Ianue, ad hec vocatis et rogatis.

Extractum.

^a filius: us *corretto su precedente scrittura* ^b Leonardo, eius patre: *corretto in soprilinea su Iuliano, nel testo, depennato* ^c *Nel testo segue, depennato*: presenti, stipulanti et recipienti pro se et heredibus suis ^d *Nel margine segue, depennato*: iuxta formam capitulorum Ianue ^e Matheo: *corretto in soprilinea su Stephano, nel testo, depennato*.

9

Genova, 1482, gennaio 17

ASG, *Notai Antichi*, filza 870/I, doc. CCLXVIII.

L'atto è redatto su tre colonne, due sul *recto* ed una sul *verso*, di una carta; redazione sommaria, con formule ceterate, seguite da spazi bianchi.

+ Ihesus. Accomenda.

In nomine Domini, amen. Iulianus de Sancto Mateo canabacerius^a, civis Ianue, filius Leonardi, maior annis viginti quinque et palam et publice negocians et faciens facta sua sciente, paciente et non contradicente dicto Leonardo, eius patre, ut asserit, sponte et ex certa scientia confessus fuit et in veritate publice recognovit Ieronimo de Vintimilio notario, civi Ianue, quondam Iuliani, presenti, stipulanti et recipienti pro se et heredibus suis, se ab ipso Ieronimo habuisse et recepisse in accomenda et nomine accomendationis libras ducentas ianuinarum, conversas et errogatas in apotheca canabacerie ipsius Iuliani, renuncians et cetera. In qua quidem apotheca^b canabacerie dictus Iulianus de

Sancto Matheo emere, vendere ac mercari et negociari ten[et]ur^c et debet ac promisit et promittit rixico, periculo et fortuna Dei, maris, gentium et dicte accomendacionis et racionis sue dicte apothece et pro rata, habens ipse Iulianus a dicto Ieronimo de Vintimilio, presente, volente et consentiente, amplam et liberam potestatem et baliam ac speciale et generale mandatum de dicta accomendacione et occaxione ipsius emendi, vendendi, permuttandi, mercandi et negociandi ac implicandi et omnia et singula faciendi, circa spectantia ad dictam artem, de dicta accomendacione et occaxione ipsius, que et prout eidem Iuliano melius videbitur et placuerit et Deus sibi melius administraverit, rixico, periculo, prout supra, et in quibuscumque rebus et mercibus voluerit spectantibus ad dictam artem per eum, prout voluerit, terminandis et finiendis, salvo tamen et specialiter reservato quod ipse Iulianus non possit nec sibi liceat dictum Ieronimum et heredes et bona sua ultra presentem accomendacionem utiliter vel necessario modo aliquo obligare; promittens dictus Iulianus dicto Ieronimo, presenti et ut supra stipulanti, dictam accomendacionem^d et procedenda ex ea et occaxione ipsius toto suo posse / salvare et custodire, acrescere et augmentare et pro posse dare et prestare operam efficacem, bona fide et sine fraude, et in ipsa accomendacione ponere, adducere et comunicare omnia et singula lucra, commoda, obventiones et emolumenta, que et quas fecerit et sibi pervenerint ex accomendacione predicta et occaxione ipsius, undecumque, quodcumque et qualitercumque, donec et quousque^e dicta accomendatio steterit, et de ea dictus Iulianus eidem Ieronimo vel persone pro eo legitime bonam, veram et legalem rationem, solutionem et satisfactionem et reliquatus restitutionem eciam et de quibuscumque lucris procedendis ex ea et occaxione ipsius fecerit et reddiderit^f realiter et cum effectu; promittensque eciam dicto Ieronimo, presenti et ut supra stipulanti, semper et quodcumque, ubicumque et in quacumque mundi parte eidem Ieronimo vel persone pro eo legitime, ad ipsius Ieronimi vel persone pro eo legitime liberam voluntatem et simplicem requisitionem, de dicta accomendacione et occaxione ipsius et de quibuscumque lucris, commodis, obventionibus et emolumentis procedendis ex ea vel pro ea et seu occaxione ipsius facere et [re]ddere^e bonam, veram, integram et legalem rationem, solutionem et satisfactionem ac reliquatus restitutionem realiter et cum effectu, omnibus dolo, fraude et exceptione cessantibus, retenta tamen in se ipsum Iulianum dimidia parte lucri procedendi ex accomendacione predicta. Que omnia et cetera, sub pena dupli et cetera, cum restitutione et cetera, // ratis et cetera, et sub ipotheca et cetera. Insuper dictus Ieronimus sponte et ex certa scientia confessus fuit dicto Iuliano, presenti, stipulanti et recipienti pro se et heredibus suis, habuisse a dicto Iuliano integram rationem et satisfactionem^g emolumentorum dicte accomendacionis usque ad diem ultimam mensis decembris proxime preteriti.

Actum Ianue, in contracta ecclesie Sancti Georgii, in caminata domus habitacionis dicti Ieronimi de Vintimilio notarii, anno dominice nativitatis millesimo quadringentesimo octuagesimo secundo, indicione quarta decima secundum Ianue cursum, die iouis decima septima ianuarii, in vesperis, presentibus testibus Dominico Boerio calligario quondam Nicolai et Baptista de Calvari callegario quondam Guliermi, habitatoribus Ianue, ad hec vocatis et rogatis.

Extractum.

^a *Nel testo segue, depennato: filiu* ^b *In qua quidem apotheca: corretto su* Quam quidem apothecam canabacerie ^c *Foro della filza* ^d *Nel testo segue, depennato: salvare et custodire* ^e *quousque: s corretta sul segno convenzionale del 'c conversum'* ^f *fecerit et reddiderit: cosi nel testo, per facere et reddere* ^g *Nel testo segue, depennato: dicte*

10

Genova, 1482, gennaio 31

ASG, *Notai Antichi*, filza 870/I, doc. CCLXXII.

L'atto è redatto su tre colonne, due sul *recto* ed una sul *verso*, di una carta; redazione sommaria, con formule ceterate, seguite da spazi bianchi.

+ Yhesus. Locatio.

In nomine Domini, amen. Ieronimus de Vintimilio notarius sponte et ex certa sciencia locavit et titulo locationis dedit et concessit Bartholameo de Furnerio coirasario quondam Luce, presenti, stipulanti et recipienti pro se et heredibus suis, quandam ipsius Ieronimi apothecam, in qua ad presens moratur dictus Bartolameus, comprehenso magazzino posito subtus dictam apothecam, et que apotheca sita est Ianue, sub rippa coirasariorum^a versus Modulium, prope fontem comunis, ad habendum, tenendum, gaudendum, possidendum et usufructuandum^b locationis titulo, ut supra, per et usque ad annos quinque proxime venturos, inceptos die primo presentis mensis et anni, pro pensione et nomine pensionis librarum viginti ianuinarum in anno, dandarum et solvendarum annuatim et in finem cuiuslibet anni per dictum Bartolameum dicto Ieronimo in pecunia numerata; promittens et cetera deffendere et cetera, remissa et cetera. Et versa vice dictus Bartholameus de Furnerio, acceptans dictam locationem et omnia et singula supra et infrascripta promisit et / solemniter convenit dicto Ieronimo de Vintimiluo, presenti, stipulanti et recipienti pro se et heredibus suis et cetera, tenere et cetera et eam non deteriorare et cetera ac pensionem seu dictas libras viginti ianuinarum annuatim et in finem cuiuslibet anni solvere et cetera, et in finem reddere et restituere et cetera. Acto in presenti instrumento

19

et qualibet parte ipsius et cetera quod, si in dicto magazeno fuerint aliqua inhonesta in cognitione egregiorum dominorum censorum civitatis Ianue, teneatur et obligatus sit dictus Bartholameus, et sic promixit dicto Ieronimo, presenti et ut supra stipulanti^c, solvere dicto Ieronimo, ultra dictam pensionem, florenos duos ianuorum pro qualibet vice; renunciantes dicte partes et cetera. // Et hec omnia et cetera, sub pena dupli et cetera, cum restitutione et cetera, ratis et cetera. Et proinde et cetera.

Actum Ianue, in Bancis, sub porticu magnifici Officii Comperarum Sancti Georgii, ad bancum residentie Petri de Poliasca iocaliste, anno domine nativitate millesimo quadringentesimo octuagesimo secundo, indicione quarta decima secundum Ianue cursum, die iovis trigesima prima ianuarii, hora decima octava incirca, presentibus testibus Damiano de Pastino et Batista de Rapallo, notariis, civibus Ianue, ad hec vocatis et rogatis.

^a coirasariorum: sariorum *corretto in soprilinea su precedente scrittura, in parte illeggibile, nel testo, depennata* ^b usufructuandum: u *iniziale corretta su n* ^c et sic - stipulanti: *aggiunto in soprilinea, con segno di richiamo*.

11

Genova, 1483, gennaio 9

ASG, *Notai Antichi*, filza 870/II, doc. II.

L'atto è redatto su quattro colonne, due sul *recto* e due sul *verso*, di una carta; redazione in prima istanza con due formule ceterate, che il notaio ha poi sviluppato in redazione completa, dopo avere depennato *et cetera*.

+ Yhesus. Quitatio.

In nomine Domini, amen. Benedictina, filia quondam Cosme de Diano et uxor primo loco quondam Iohannis Scarie et nunc uxor Guliermi Baliste, sponte et ex certa scientia confessa fuit et in veritate publice recognovit Ieronimo de Vintimilio, notario, quondam Iuliani, presenti, stipulanti et recipienti pro se et heredibus suis, se a dicto Ieronimo habuisse et recepisse illas libras ducentas quinquaginta ianuorum monete currentis ad quas dictus Ieronimus eidem Benedictine tenebatur et obligatus erat pro precio cuiusdam terre, cum domo in ea supraposita, site Ianue, in contracta Valisclare, sub suis confinibus, vendite per dictam Benedictinam^a dicto Ieronimo vigore instrumenti rogati manu mei, notarii subscripti, die vigesima secunda decembris anni M^cCCCCⁱ LXXⁱ septimi: videlicet in banco nobilium heredum quondam domini Filippi Centurioni et sociorum anno de MCCCCLXX octavo, mense et die in eo

contentis^b, libras ducentas viginti quinque ianuinorum; item in rippa minuta^c anni de MCCCCLXXVII libras quatuor, soldum unum et denarios tres ianuinorum, solutas per dictum Ieronimum pro venditione dicte terre cum domo pro parte spectante ipsi Benedictine venditrici^d; item in censariis anni de MCCCCLXXVII libras^e sex, soldos duos et denarios sex ianuinorum, solutas per dictum Ieronimum pro venditione dicte terre cum domo pro parte spectante ipsi Benedictine venditrici; item libras quinque ianuinorum eidem Benedictine datas in pecunia numerata die vigesima quarta decembris proxime preteriti per dictum Ieronimum; et restum, videlicet libras novem et soldos sedecim et / denarios tres ianuinorum, in pecunia numerata, eidem Benedictine datas per dictum Ieronimum involutas in quodam mandillo, in presentia mei notarii et testium subscriptorum, ad complementum dictarum librarum ducentarum quinquaginta ianuinorum monete currentis. Et^f de quibus libris ducentis quinquaginta ianuinorum dicta Benedictina se bene quietam, tacitam, contentam et solutam^g vocavit et vocat a dicto Ieronimo in modum predictum; renuncians dicta Benedictina exceptioni dicte confessionis, ut supra, non facte et dictarum librarum ducentarum quinquaginta ianuinorum, ut supra, non habitarum et non receptorum, rei sic ut supra et infra non esse vel non fuisse vel sic non se habentis, doli, mali, metus, in factum, actioni, conditioni sine causa vel ex iniusta causa et omni alii iuri. Quare quitavit, liberavit et absolvit ac quitat, liberat et absolvit dictum Ieronimum de Vintimilio, presentem et ut supra stipulantem et recipientem, a dictis libris ducentis quinquaginta ianuinorum per acquilianam stipulationem precedentem et acceptilacionem subsequentem, verbis solemnibus introductas; / faciens eidem^h Ieronimo, presenti et ut supra stipulanti et recipienti, de predictis libris ducentis quinquaginta ianuinorum finem, quitationem, liberationem, absolutionemⁱ et omnimodam ac generalem remissionem et pactum quicquam in perpetuum de ulterius non petendo; promittensque dicto Ieronimo, presenti et ut supra stipulanti, quod per ipsam Benedictinam, heredes et successores suos, et seu aliam personam pro ea, eidem Ieronimo seu dictis heredibus et successoribus suis nulla unquam in perpetuum fiet seu movebitur lix, actio, questio, peticio vel requisitio quoquo modo, in iudicio vel extra, de dicta quantitate pecunie et seu aliqua parte ipsius. // Et hec omnia et singula supra^j et infrascripta dicta Benedictina sponte, ut supra, promisit et solemniter convenit dicto Ieronimo, presenti et ut supra stipulanti^k, ac etiam iuravit ad sancta Dei evangelia, corporaliter tactis Scripturis, perpetuo habere et tenere rata, grata et firma, quoque attendere, complere et effectualiter observare et contra in aliquo non facere, dicere vel venire aliqua ratione, occasione vel causa, cogitata vel non cogitata, de iure sive de facto^l, sub pena dupli tocius eius de quo et quanto contrafieret vel ut supra non observaretur, solemnem stipulationem promissa, cum restitutione omnium damnorum, interesse

et expensarum, que propterea fierent et substinerentur, litis et extra, ratis tamen et firmis semper manentibus omnibus et singulis suprascriptis, et sub ipotheca et obligacione omnium bonorum ipsius Benedictine, presentium et futurorum. Et fecit predicta omni[a]^m et singula suprascripta dicta Benedictinaⁿ in presentia, consensu, auctoritate et voluntate dicti Guliermi Baliste, viri sui, presentis et auctorizantis, nec non in presentia, cum et de consilio Gregorii de Pinu quondam Augustini, avunculi sui, et Benedicti de Viviano quondam Raffaelis, duorum ex melioribus et proximioribus propinquis ipsius Benedictine, ut asseritur per eos et ipsam, iurantium ad sancta Dei evangelia, tactis corporaliter Scripturis, se se credere predicta fore facta ad commmodum et utiliatem dicte Benedictine, et non ad aliquod eius damnum vel lexionem.

Actum Ianue, in palatio ducali comunis, in primo claustro, videlicet in scala^o sita iuxta carceres Grimaldine, anno dominice nativitat^{is} millesimo quadringentesimo octuagesimo tercio, indicione / quinta decima secundum Ianue cursum, die iovis nona ianuarii, post horam decimam septimam, presentibus testibus Raffaele Barixono quondam Thome, Ieronimo Rebiano quondam Bartolamei et Marco Ioardo quondam Iohannis, civibus Ianue, ad hec vocatis et rogatis.

Extractum.

^a Benedictinan: inam *corretto su precedente scrittura* ^b contentis: *corretto su contento, con o corretta in i e s finale aggiunta* ^c rippa minuta: *corretto in soprallinea su censariis, nel testo, depennato* ^d Nel testo segue, *depennato: item in rippa minuta de MCCCCLXXVII libras* ^e Nel testo segue, *depennato: quatuor, sold* ^f Nel testo segue, *depennato: de* ^g solutam: *l corretta su precedente scrittura* ^h eidem: *dem corretto su precedente scrittura* ⁱ absolutionem: *aggiunto in soprallinea, senza segno di richiamo* ^j Nel testo segue, *depennato: supra* ^k supra et infrascripta - *stipulanti: formula che il notaio ha sviluppato in redazione completa dopo avere depennato et cetera, appuntato a margine* ^l et etiam iuravit - *sive de facto: formula che il notaio ha sviluppato in redazione completa dopo avere depennato et cetera, appuntato a margine* ^m Foro della filza ⁿ dicta Benedictina: *aggiunto in un secondo tempo, sforando nella seconda colonna di scrittura del verso della carta* ^o scala: *a finale corretta su i*

12

Genova, 1484, febbraio 11

ASG, *Notai Antichi*, filza 870/II, doc. CLXIII.

L'atto è redatto su tre colonne, due sul *recto* ed una sul *verso*, di una carta; redazione sommaria, con formule ceterate, seguite da spazi bianchi.

+ Ihesus. Locatio domus.

In nomine Domini, amen. Catarineta, filia quondam Iuliani Iustiniani et uxor quondam Barnabe Iustiniani, sponte et ex certa scientia locavit et titulo locationis concessit Ieronimo de Vintimilio notario, presenti, stipulanti et recipienti pro se et heredibus suis, quondam domum ipsius Caterinete, sitam Ianue, in contracta Clavice, cui coheret antea platea, ab uno latere domus in qua ad presens habitat ipsa Caterineta et ab alio latere carrubeus, et si qui et cetera, ad habendum, tenendum^a, gaudendum, possidendum et usufructuandum locationis titulo^b, ut supra, pro et usque ad annos quinque proxime venturos, incipiendos a die finiti anni locationis facte Bartolamero ***^c vitre-rio et consignationis clavium ipsi Ieronimo, pro pensione et n[omin]e^d pensionis librarum viginti ianuinarum in anno, dandarum per dictum Ieronimum dicte Caterinete omni anno; promittens et cetera deffendere et cetera, remissa et cetera. / Et versa vice et cetera tenere, conducere et cetera, et solvere et cetera, ac in finem restituere et relaxari et cetera, ac eciam non deteriorare et cetera. Que omnia et cetera, vicisim et cetera, // sub pena dupli et cetera, cum restitutione et cetera, ratis et cetera. Et proinde et cetera.

Actum Ianue, in contracta Clavice, sub porticu domus habitacionis dicte Caterinete, site ante ecclesiam Sancti Georgii, anno dominice nativitatis millesimo quadringentesimo octuagesimo quart[o, i]ndicione^d prima secundum Ianue cursum, die mercurii undecima februarii, paulo ante vesperas, presentibus testibus Thoma Iustiniano quondam Iuliani, fratre dicte Caterinete, Luchexio Iustiniano quondam Nicolai et Antonio de lo Negro callegario, civibus Ianue, ad hec vocatis et rogatis.

^a tenendum: *la seconda e corretta su precedente scrittura* ^b *Nel testo segue, de-*
pennato: locationis titulo ^c *Nel testo spazio bianco per mm. 35* ^d *Foro della filza.*

Genova, 1489, ottobre 27

ASG, *Notai Antichi*, filza 870/I, doc. CLXXVIIA.

L'atto è redatto sul *recto* di una mezza carta; nella filza si trova allegato al doc. CLXXVII, che è uno di quelli a cui fa riferimento.

+ Yhesus Maria. M^oCCCCLXXXVIII, die XXVII octobris.

Mandatur parte egregii domini vicarii sale^a superioris magnifici domini potestatis Ianue vobis Ieronimo de Vintimilio^b notario, penes quem extant^c foliacia instrumentorum^d, scripture et protocolla quondam Simonis Canelle

notarii, quatenus extrahatis et extrahai^e faciatis ex dictis scripturis et protocolis instrumenta infrascripta. Et primo quodam instrumentum cessionis^f facte anno de M^oCCCCCLXX octavo^g, die tertia iunii, per dominum presbiterum Matheum Balducum et Ieronimum et Thomam Balducos, fratres dicti presbiteris^h Mathei, deⁱ domo una, sita in civitate Vintimilii, in q<u>arterio Castelli, sub suis confinibus, et de quodam petio terre, in dicto instrumento contento, presbitero seu domino^j Benedicto Balduco. Item aliud instrumentum donacionis facte anno de MCCCCCLXXX primo, die XXX ianuarii, per dictum presbiterum Benedictum Iohanni de^k Balduchis^l de bonis ipsius presbiteris^h Benedicti immobilibus, sitis in territorio Vintimilii. Item aliud instrumentum donacionis^m dicto anno, die XX septimo februarii, facte per dictum Iohannem Cosme de Balducis, nepoti ipsius Iohannis, de quodam petio terre, site in dicto territorio civitatisⁿ Vintimilii. Item aliud instrumentum donacionis facte per dictum Iohannem dictis millesimo et die dictis presbitero Matheo^o et Thome de Balduchis de domo una, sita in dicta civitate Vintimilii^p, in contracta ubi dicitur Lo Caste; item de quadam terra arborata ficuum, sita in dicto territorio Vintimilii, loco ubi dicitur Lo Cerro; item de quadam alia terra ad prestat, zerbata, sita ut supra. Que instrumenta, sic extralata^q et in publicam formam redacta sive manu vestri signata^r, detis et tradatis Batiste Caito, tamquam procuratori dicti Cosme infantis, quia iuravit ad sancta Dei evangelia et cetera sua^s, dicto nomine, interesse habere copiam dictorum instrumentorum. Et predicta fieri mandavit prefatus dominus vicarius ad^t instantiam et requisicionem dicti Baptiste, dicto nomine, viso prius eius iuramento, ut supra.

S. Lucas de Turri notarius scripsi, loco Ieronimi.

^a sale: e finale corretta su s ^b de Vintimilio: ripetuto nel testo ^c Nel testo segue, depennato: ins ^d instrumentorum: aggiunto in soprilinea, con segno di richiamo
^e extrahai: così nel testo ^f cessionis: corretto in soprilinea su donacionis, nel testo, depennato
^g M^oCCCCCLXX octavo: M^o corretto su precedente scrittura ^h presbiteris: così nel testo
ⁱ de: d corretta su precedente scrittura ^j seu domino: aggiunto in soprilinea, con segno di richiamo
^k de: aggiunto in soprilinea, con segno di richiamo
^l Balduchis: chi corretto su ci ^m donacionis: aggiunto in soprilinea, con segno di richiamo
ⁿ civitatis: aggiunto in soprilinea, con segno di richiamo ^o Matheo: heo corretto su precedente scrittura
^p Vintimilii: imi corretto su precedente scrittura
^q extralata: così nel testo ^r sive - signata: aggiunto in soprilinea, con segno di richiamo
^s sua: così nel testo, per suo ^t ad: a corretta su d